

Peter Lindeberg

Petri Lindebergii Epigrammata In Vrbes, Et Viros Aliqvot clarissimos, quorum in Hodoeporico suo mentionem ordinè facit, quibus in fine nonnulla alia sunt addita

Rostochii: Myliander, 1587

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1009377086>


Druck Freier  Zugang






11-2.

~~C. II. f. 1020.~~ Cq-2731.







PETRI LINDEBERGII
 EPIGRAMMATA
 IN VRBES, ET VIROS ALIQVOT
 clarissimos, quorum in Hodoepo-
 rico suo mentionem ordinè facit,
 quibus in fine nonnulla alia
 sunt addita.




ROSTOCHII

Typis Myliandrinis.

ANNO

CIO IO XXCVII.


*Hieronymus Schyrlentius
 Lipsensis, Pastor in Petzow*



In auctoris Epigrammata.

Formosum decorant preciosa monilia corpus,
Et precium illustrent ipsa decusq; suum.
Sic tu, Petre, breui longas Epigrammate laudes
Doctorum enumerans ingeniumq; virum;
Ipse tui ingenij pauca haud documenta recensēs,
Laudis & aeternae spemq; fidemq; facis.


M. BERNHARDVS HEDERICVS
Scholæ Suerinensis Rector.



Vtrahit aligeras Cereris dulcore puellas
Hybla, nitens terra gloria Trinacria.
Sic Musas, harumq; rapis dulcore ministros,
Petre, Obetritarum fama futura Rhodi.
Qui spirare etenim haec Epigrammata mella ne-
Febricit, et haud umq; dulcia percipiet. (gabit,
Dij modò te Musis, patriq; sibiq; tibiq;
Conseruent, seruent te, mea cura, mihi.

M. SAMVEL CRVGER.
GENE.

GENEROSO EQVITI
 HENRICO RANTZOVIO,
 Regis Daniae in Ducatibus Holsatico, Sle-
 swicensi ac Dithmarsia Vicario Consiliarioq̄,
 Praefecto Segebergensi, Domino in Bredenbergk, Ran-
 zowisholm, V Vandesburgi, Tusculabecani,
 Nutzhou & Melbeck, Viro nobilissi-
 mo & doctissimo. S.


 Vcem Soli adderem, vir generose,
 doctissime, nobilissime, si hos meos
 lusus & studiorum primitias ad te
 mitterem, vt nobilitatis tuae decus,
 vt doctrinae tuae ornamentum, Illi-
 us enim splendore merito Sol es Holsatiae, verè lux
 Daniae. Fama mihi, libri mihi tui, testes. Fama:
 dum vt Luna lumen, quod à Sole accepit, infero hu-
 ic orbi, refundit: sic tu, quae à Deo opt. maximo
 dona egregia & regia. Doctrinarum scientias in-
 telligo, quibus ita in omni genere fulges eximijis,
 vt vnus totam, cui praes, prouinciam, ingenio tuo
 possis illustrare, & verè Apulei, illo decorari elogio:
 Inter nobiles doctissimus, inter doctos nobilissi-
 mus, inter vtrosq̄ optimus & humanissimus. Per
 te siquidem viuut felicissima Holsatia, consilijs tuis
 tamquam fulcimine & sustentaculo nititur fertilis-
 sima Dania. Libri tui: quibus adeo elegantibus re-
 rumq̄ multarum plenis, ad apicem sempiternae glo-
 riae & aeternitatem assurgis, vt, aut cum patre Ennio
 in Parnasso somniasse, aut sesamo et papauere (quod
 Lipsius rei litterariae ararium de Propertio) adspere-
 fisse

fisse doctis omnibus credaris. Adde generum optimum Nicolaum ab Alefeld, quem nuper coram audiui doctissimum, cognoui expertissimum, expertus sum humanissimum, atq; ita, vt iam absens saepe exclamans Scaligeri illud—Mens, verba, animus, manus, omnia dia; nondum certo, eiusne virtuti an doctrinae, cum ipso nihil sit probius, nihil doctius, nihil deniq; disertius, plus tribuam, apud me constituerim. Te quoq; Rantzoui cis tempus exiguum, eundem audiam, cognoscam, experiar. Sicut enim riuult, licet a fonte recedant, tamen originis naturam seruant, ita quoq; tua scripta, dicta, facta. Importunus igitur essem, si alio sine hac mea epigrammata darem & dicarem, tibi viro doctissimo, viro nobilissimo, quam vt obseruantiam testarer, fauorem tuum venarer, amorem procarer & elicerem. Qui enim adiectionem seu Saliarem accedere volunt, prius sibi aditum parant, seq; praeparant: Sic & ego ad nobilissimas & doctissimas doctissimorum tuorum, & Generi sermonum epulas aliquando accessurus, his viam sternere volui. Existimans me sub praesidio nominis tui a bonae famae hirudinum morfu, id est, ab obrectatoribus fore tutissimum. Accipe itaq; hos ingenij nostri sirculos, & muneris quidquid est chartacei, vernansq; ingenium nostrum foueto, amato, iuuato, contra carptores defendito. Ita fiet, vt tota familia tua aliquando versibus meis forsitan melioribus decantata tu magis clareas, ego ad multa maiora exciter. Vale. Rostochio, Natali Domini, octuagesimo septimo, supra sesquimillesimum.

G. T. A.

PETRVS LINDEBERGIVS.



In Georgium Sabinum Brandenburg.

Philippum
thomae
v.

CArmina ubi cernit Pelignus tersa SABINI,
Non, insit, memini, ast hæc mea scripta reor.
Sin alia alterius, magnum restabor Olympum,
Quod meus hic animus, vena quod hæc mea
Dum loquitur, dubitat multum, tandemq; Sabino (sit.
Cruda videt venam, sacra dedisse suam.

In Martinum Lutherum. *Eislebriense.*

Hic vir hic est, tumidi qui dira Sophismata primus
Repressit Latij, pontificumque dolos.
Hic vir hic est, qui Zeloces fuit alter Elias,
Quo redijt sacrum religionis opus.
Hic est qui prora & puppis; qui portus & aura
Christiadum; hic est qui mors Papæ acerba fuit.

In Philippum Melancthonem. *Brettanum, expul-*

Corpore parvus erat: magnus pietate MELANCTHON, *hinh.*
Ingenio maior, maximus arte senex.
Vnus qui facili Logicen breuitate reduxit,
Dum resecat vanæ scripta dolosa Scholæ.
Vnus qui socio Luthero fidus Elissa
Denicit monachos, perdomuitque Papam.

In Creutzger

In Ioannem Maiorem. *Joachimum. D. A.*

Ver quando Latium, Philomela Latina, parensque: *B. Villam.*
Virgilius vatum, conditus est tumulo.
Protinus illius peragravit spiritus orbem,
Quærendo similem pristino ubique locum
Inuenit tandem: quoniam MAIORIS in ore:
Deposuit sedem, deposuitque locum.

A 2

In Mat-

In Matthæum VVesenbecium IC.

Infelixne auum! an felicia tempora dicam!
Quis, quod debetur pluribus, vnus habet.
Ecce VVESENBEcium, qui iuris iure monarcha,
Sub suo habet totum ferme Heliconæ iugo.
Verus & ob Themidos vocitatur Bartolus artem,
Qui, licet esse nequit, re tamen alter erit.

In Ioachimum Camerarium. Bambergæ.

Viuus erat viuus CAMERARIVS ipseus Eous, sem.
Mortuus extinctus Hesperus ipseus adest.
Phœbus enim vt trifidum radijs illuminat orbem,
Sic orbem is scriptis irradiat varijs.
Vtque micat noctu noctis fusæ Hesperus index,
Sic is ijs illis, post sua fata micat.

In Noribergam urbem. Casarea.

Salve bonarum foeta nutrix artium,
Salve monarcha vera Franciæ urbium,
O NORIBERGA Teutonum sidus poli,
O NORIBERGA gemma mundi amplissimi,
Cum laudo te centrum vnicum Germaniæ,
De cæteris, vix audeo quid hiscere.

In Augustam Vind. urbem. Libera.

Quam te Vindelicum decus decorum
O AVGVSTA loquar? grauem, venustam,
Munitam, celebrem, potentem, amœnam,
Altricem Sophiæ, Midaque matrem,
Armis quæ poteris, rogâque pollens
Toti, si cupis, imperare mundo.

In Ge

In Georgium Mylium Augustanum.

D. pulsus, iam

Dum patriam MYLIUS defendit fortiter urbem,

Turpi turpandam stercore, Roma, tuo.

Obstupuit primò Latiali clauiger arce,

Post ait, hic nobis exanimandus erit.

At Deus his contra; non sic, mea buccina viuet,

Et clangore suo te exanimabit; ait.

In Venetias urbem. Emporium Insigne.

Non homines tanta exstruxisse palatia credo,

Nec potuisse homines, vix potuisse Deos.

Adspice, si dubitas; atque hoc etiam insuper audi,

Iura dat vrbs VENETVM sola, salo, atque solo.

Quid peragras Asia, Africa, & Europæ arua, Viator?

Cessa: tres mundi hâc cernis in vrbe plagas.

In Musurum Venetum.

Nil, quàm MVSVRVM Musarum nomen inane

Hactenus & falsò sum tenuisse, ratus.

Nunc, postquam ingenium sensi, famamque perennem,

Omen MVSVRVM, & nomen habere reor.

Verùm an Musarum MVSVRVS nomine dictus,

MVSURI an Musæ, non memorare queo.

In Aldum Manutium P. Fil. Venetum.

Viuuit adhuc genitor tuus in te, docte MANVTI,

Et tuus in te habili numine spirat auus.

Hic erat ingenio clarus, clarissimus ille;

Hic flos, ille nitor patriæ; vterque decus.

Tu quòd es illorum, præter bona, splendidus hares

Ingenij, humanum vix capit ingenium.

In Pe-

In Petrum Bembum Venetum. *Cardinalis*
lem.

Q
Q
Que tantum veteri iactatur stemmate avorum
Lautæ nequit dici, veræ nobilitas:
Nam stirps, doctrina, & cunctarum copia rerum,
Nobile perficiunt, constituuntque genus.
His tribus emicuit quod BEMBUS laudibus vnus,
Ter geminâ meritò nobilitate fuit.

In Hermolaum Barbarum Venetum.

H
H
Omina nominibus non rectè semper inesse,
Nec rectè semper nomina in ominibus.
Id tu demonstras præclaris, BARBARE, scriptis,
Qui falsum falso nomen in omine habes.
Barbariemque iuuas impensè vincere, victor
Ob quod Barbariæ iure vocandus eris.

In Franciscum Zabarellam Patavinum.

F
F
Tu nil laudis eges, ZABARELLA amplissime, nostra;
Nam supero similis mente sagace Ioui es.
Consilijsque grauis, longo sat cognitus usu,
Tum Themide, ac scriptis clarus, & arte potens.
Sed, cum nil egeas laudis, nil amplius addam,
Ne videar laudes diminuisse tuas.

In Aruntium Stellam Patavi. Poëtam.

A
A
Si doctrina, genus, virtus, ars, Suada, Poësis,
Vernansque ingenium vincere fata queant.
Non has vitæ exspirasset ARVNTIVS auras,
Aut non tam subito membra dedisset humo.
Nunc tacito obstuereo obrutu, ac perterritus adsto,
Numina cum cernam talia posse mori.

In Ti-

In Titum Liniū Patauinum
Historicum.

Et sax prateriti, & fons Suada, ò inclute LIVI es,
Et cernis veri nunciū, atq; fides.
Cura tibi historia est, per te quoq; mortua viuunt,
Stant sua Virtuti præmia, pœna malo.
Vnde tui ciues, quorum facta aurea scribis,
Te lumen vocitant, historiaq; patrem.

In Valerium Flaccum Poët: Pat:

Quis vitio vortet, si teq; tuamq; Poësin,
Lauriger ò VALERI, sidera ad alta feram?
Qui, cum non possis vatum caput esse supremum,
Quod reliquum tamen est, cor merum es, ac anima.
Et multis alijs, queis melli laurea ferta,
Par virtute graui, parq; lepore pari.

In Volusium Poëtam Patauinum, & Hist:

Pectus habes, VOLVSI, Cyrrhæo numine plenum,
Dum scribis varias versibus historias.
Numen habes, Volusi, Cyrrhæum pectore pleno,
Dum Romanorum bella patrata canis.
Attamen ambigitur, num sis magè carmine vates,
Num magis historicus; Quid? simul hic & is es.

In CHRISTOPHORUM Longolium.

Non benè LONGOLIUS cum Phœbo spirat ephebo,
Nam meus est Helicon collis, uterq; refert.
Phœbus at, ut penitus se victum conspicit iri,
Vincere non vinci, sœui ego victor, ait.
Quare ut te quoq;, Longoli, ex Helicone repellam,
Te faciam fato vincier ante diem.

In Cælium Rhodoginum.

Quem, qualem, aut cuius naturæ dixeris esse,
Qui lucem tacitis reddidit è tenebris?
CÆLIVS, expulsis tenebris, Helicone reducto,
Lucem natali rettulit Italia.
Et meruit, cum iam viduatus luminis usu,
Ut tamen è tenebris perpete luce micet.

In Carolum Sigonium Prof. Bon.

Impiger Alcides Lernaam interficit hydram,
Propellunt animi tristia monstra Sophi,
Barbarie patriam, seruat SIGONIVS, omnem,
Inque nouo priscum restituit Latium.
Cui nunc debentur potius praconia? nonne
Qui seruat patriam, & restituit Latium?

In Azonem I. C. Bononiensem.

Rem prope inauditam referam, doctissimus AZO
Mortuus est verè, viuus & AZO itidem est.
Mortuus & sensus, sese cernentibus, aufert,
Quos viuus minimè diripuisset homo.
Insuper hic fuit, est, & erit: Non credis? at ecce,
Credes, post obitum quid sacra fama queat.

In Florentiam urbem.

Non pulcra sed pulcerrima,
Non bella sed bellissima,
Est ciuitas FLORENTIA,
Quam qui vider, Romam alteram
Latijque partem maximam
Vidisse sese pradicet.

Ita Pt-

In Petrum Viatorium Florentinum.

Virtutis decus & culta facundia lingua,
Me fecit superis pectore pæne parem.
Ingenij labor & calami sollertia multi,
Mox fecit superos & mihi pæne pares.
Sed ne transgrederer mortalis culmen honoris,
In viridi semio stamina Parca scidit.

In Franciscum Medices Mag. ducem Het. ^{Turris}

Quæ tibi cum sacris, res est, DVX magne, Camœnis?
Cur tibi cum Phœbo mutua debitio?
Causa patet, sacris templum commune Camœnis
Dux habuit præstans Amphitryoniades.
Insuper Aonijs colitur cum laude Deabus
Fluminis Aonijs Pegasus auctor equus.

In Strozas Florentinos Patri.

Huc vsque ambigua hæc lis multâ lice pependit,
Artibus annè armis gloria prima foret.
STROZARVM Clarius licem sub gente diremit,
Has illis, illa his, nolle carere probans.
Præ reliquis igitur, Strozarum diua propago,
Arte sagoque valet, Marte togâque viger.

In ROMAM urbem.

Non est ROMA vetus ROMÆ, nec pristina ROMA,
ROMA caput mundi/ desijt esse caput. si vertas join
E Dominâ serua, è Reginâ subdita facta est, Vincit.
Et facta, inuerso nomine, fœdus AMOR.
Ac, si qua, vt dubium non est, sunt tartara, certè Mundi. 321
Vnica ROMA super tartara strucla iacet.

B 2

In ap. 750. an h
Christu

In appellationem Romæ vrbis.

Sapius exoritur non vilis questio doctis,
Vnde habeat nomen ROMA superba suum?
Pars à Romulo ait, pars diclam à robore Romam,
Nonnulli à Nymphâ, siue regendo probant.
At his contrâ ego, quòd mundum & mundi omnia rodât,
Romam à rodendo nomen habere loquor.

Quia rodit
Mang.

In Papam Romanum.

Sub Estu pro
obita.
Et adus Cur.
dinalium
sunt Lupâ.
manâ.

Quæris, Romulidum cur pastor regnet in vrbe?
In promptu est; pastor conditor vrbis erat.
Nutritusq; LVP A primum fuit: vnde LVPERCI,
Atq; LVPÆ, atq; LVP A sunt sati in vrbe LVPI,
Pontifices puto, qui vendunt cœlestia GRATIS,
Et gratis retinent Tartara sola sibi.

Sub Acharo
Regu...

In Tyrannidem & Simoniam Papæ.

Clauibus abiectis Petri, turpissimus olim:
Iulius, irato fuderat ore Papa.
Nulla salus Petro: cum Paulo posco Simonem,
Ensis numen erit, numen auarities.
Hâc cogam nummos, illo orbis regna domabo:
Hinc Paulus regnat Româ & in vrbe Simon.

Gladius
& Ambitio.

Julij II.
1509.
Simon
Magni

Collatio Christi & Papæ.

Pungentem spinis gessit Deus ipse coronam,
Conspicuum gemmis fert diadema Papa.
Ille patris verbum attulit, hic rursus abrogat illud;
Ille asinæ, hic pulcri tergore veclat equi.
Ille pedes lauit, pedibus dare hic oscula mandat;
Is miser, hic diues; væ Papa, Papa tibi.

Compa-

Comparatio Papæ & Iudæ.

Non bene Apostolicas claves gestabat Iudas,
Sic claves Petri non bene Papa gerit.
Ille obtestando Christum venundabat auro,
Hic regnum cæli vendit, & are Deum.
Ille dabat dominum simulata per oscula morti,
Hic eius sanctos enecat. ergo pares.

Puella

In mutatum creandorum Papparum ritum.

A. S. Rogin
Regina

Nemo olim potuit præsul sanctissimus esse
Romæ, exploratis ni bene testiculis.
Ne rursum, ut quondam, meretrix turpissima cæli
Arriperet claves & sacra iura daret.
At nunc mos deletus abit, quia prole frequenti
Se verum esse virum quilibet ante probat.

Ho. C. 85.

Sedis Joannis
viii. alias
Agusta. 2
Annis M
by Tribg.

Testiculos
habet.

In Monachos.

Quid peius viro est? aspis: quid & aspide? dæmon:
Dæmone quid? monachus: quid monacho? nihil est.
Hic leges, recolit, sacra, laudat, crimina, temnit,
Tollit, scorta, fugit: pocula, pascit, oues.
Et tepido, multâ, varijs: replet, auget, inescat:
Sanguine strage, dolis: oppida, castra, domos.

In eosdem.

Si bipedum poterit quis dici turpis asellus,
Præ reliquis cunctis verus erit monachus.
Cui stupor ingenij par est, similisque ruditus,
Murmur idem, æqualis vox, eademque cutis.
Nil differt, animal nisi quòd sit asellus, at ille
Sub cruce depositum à dæmone ventris onus.

Monachus
O'voo.

B 3

In ori-

In originem eorundem.

Exonerare suam cum vellet funditus aluum,
Dicitur horribilem Pluto petisse crucem.
Clunibus ac illic ruptis peperisse chymaras,
Reste arctas, raras vertice, ventre graues.
Quas monachos, solo à partuque locoque, vocauit,
Fecit & hæredes, pignora chara, sibi.

In monachos ventriosos.

Scit Natura sagax, scit Styx, Strygiusque tyrannus
Pontifices summos pinguibus uti epulis.
Hinc nutrit monachos tantâ pinguedine porcos,
Ut queat assatas Pluto parare dapes;
Tunc cum Pontifici meretrix Babylonia sponso,
Basiolum noctu connubiale feret.

In M. Antonium Muretum.

Nestoris altiloquum Pylj vis cernere vultum?
Conspice MVRETVM, conspicias Pylum.
Vis patris eloquij omnimodos peruoluere libros?
Volues, Muretum volue, patrem eloquij.
Muretus quoniam facundus & vnicus, æquat
Nestoreos omnes, eloquijque patrem.

In Mantuam & Veronam vrbes.

Non situ VERONA modò alma claret,
Nec loco MANTVS celebris perennat,
Sed viris doctis vtraque & venusto
Incluta cycno.

Quid potentes Marte rogâque ciues
Vrbis vtriusque loquar? quid arua?
Hoc scias quòd vix trifidum per orbem
Clarius vlla.

In C.

Tromza u
militata

Berna.

In C. Val. Catullum Veronensem.

Fama refert: tantum debet Verona CATULLO,
Quantum diuino Mantua Virgilio.
Verum est hic etenim patriæ dulcissima laus est,
Ille suæ viuax gloria; uterq; nitor.
Hic rex, is princeps vatum; hic lux, ille lucerna
Italia; is scriptis diuus, at hic Deus est.

In P. Virgilium Maronem Mantuanum.

Duplex Mæonides, triplex Grynaeus Apollo,
Melque merum heroo est carmine VIRGILIUS.
Virgilius mundi est phænix Sirenq; Latina,
Lux sine nube, & cum luce serena dies.
Cunctorum sidus vatum, vatumque monarcha,
Et, quæ omnes cupiunt, omnia, solus is est.

In Ambrosium Calepinum Bergomensem.

Si quis adhuc sacras Aseræ ad Phocidos undas
Ingenijs locus est, numinibus locus est.
Certe, aliàs alium CALEPINUS condere gliscit,
Numinibus priscis, ingenijsque parem.
Quin fecit dudum, & talem tantumq; laborem,
Qualem vix posthac quis generare potest.

In Mediolanum urbem.

Est præclara Sophis, artibus incluta,
Præstans Marte, togâ culta, ferax viris,
Fulgens Hesperia stella, nitor sibi,
Insubrum caput, vrbs hæc sacra & aurea.
Nil restat, nisi quod sit Iouis optumi
Nondum facta polo sidereum inbar.

In D.

In D. Ambrosium Mediolanensem.

Quis dicendus is est, sacro cui fulget ab ore
Simplicitas, pietas, biblia tota, fides?
Nonne Deus? minimè. humano nam corpore cretus
Noscitur humano corpore, corde Deus.
Num dicendus homo? haud sic, quis tum? diuus habendus.
Ergo diuus erit Diuus hic *AMBROSIVS*.

In Philippum Decium Mediol. IC.

Cerne animo hunc animum, fandi clarissimus auctor,
Nec minor ingenio, iudiciò minor,
Totius Iuris *DECIVS* venerabile lumen:
Totius Decius Iuris honorus honor.
Illustrè illustrat scriptis illustribus orbem,
Mox magnus, maior, maximus vnde viget.

In Iasonem Mainum Mediol. IC.

Non hic est, claram qui Colchida lusit, *IASON*,
Ipsique aurato vellere ademit ouem.
Sed Iuris decus est è multis millibus vnus,
Milliaque est inter multa lucerna fori.
Hic sponsæ fidus Themidi, sed perfidus alter;
Hic data dat rursum; is non data furto adimit.

In Paulum Iouium Nouocomensem
Historicum.

Perderet annales si bibliotheca vetustos,
Ingenium *IOVIVS*, quo repararet, habet.
Historias etenim scribit, magnùmque virorum
Monstrat, narrat, agit; facta, duella, recess.
Quis dubitat stupidus Virtutum Pallada in vnum
Concessisse huius scrinia cuncta caput?

In C.

In C. Plinium Secundum.

PLINIVS omnigenum naturas ordine rerum
Tantâ describens sedulitate refert:
Ut miraculi instar trifido sit factus in orbe,
Et num verus, adhuc, sit, dubitetur, homo.
Sed verum esse hominem certum est, & certius illud
Hunc non ante sua, aut post sua, fata mori.

Helvetia. In Tigurum & Bernam vrbes.

Præstans TIGVRVM viribus est, viriûq; præstans,
Præstans itidem viribus est BERNA virisque;
Hæc Helueticæ mens, animus sed illa terræ;
Hæc est oculus peruigil, ast ocellus illa;
Hæc libera, sed libera & illa; utraque magna,
Diues, generosa, & geminæ ultimò sorores.

In Vdalricum Zuinglium. Calvinista

Si veri myste sacrorum hi dicier audent,
Qui pro deuotâ religionè obeunt.
Certè etiam mystes sacrorum dicier audet
Verus, multiplici ZVINGLIVS arte potens,
Qui sacro ad pugnam zelo comitatur euntes,
Quâ tandem vario vulnere cæsus obit.

In Conradum Gesnerum.

Si quis Athenarum, Latia vel in omnia Roma,
Ingenij expressit dexteritate sophos.
Si quis naturas cunctorum animantium ad vnguem
Nouit, quæ passim terra vel vnda fouet.
Si quis, qui columen Sophia aut Pandora vocatus,
Dispeream si non hic TIGVRINVS erit.

In Si-

In Simonem Grynaeum.

Dignus erat longam GRYNAEVS vivere vitam,
Ast indigna isto barbara terra viro.
Dignus erat terrâ, Grynaeo terra vicissim,
Ast indigni homines cernere tantum hominem.
Ergo seni, post tot praecleara reperta, tot acta,
Emeritum meritum, hoc est, Deus astra dedit.

In Ioannem Sturmium.

STVRMIVS ingenio, Suadâ, calamo, arteq; praestans.
Comere res tenues, dicere difficiles.
Nil corde omniscio praeter magna omnia spirat,
Nil praeter Musas, & sacra scripta sonat.
Haud igitur peccas, si Phoebum hunc esse putabis,
Hoc Phoebus solet, & Sturmius ore loqui.

In Dauidem Chytræum. Creibitzgen

In CHYTRÆO aliquid triplicis confinia mundi. Sen.

Impugnare queunt, vix superare queunt.
Hic etenim haud sapiens tantum, at sapientia tota,
Nec solum bonus hic, ipsa sed est bonitas.

Vnus scit cuncta, vnde & in hoc natura quieuit.

Si non naturam fecerit ipse suam.

Alter & Soc
tes.

ola libe.

ralitas ip.

Si deest

Holtzma. In Gulielmum Xilandrum.

Si tibi non patria obstaret, praecclare XILANDER,

Te Graij assererem sanguinis esse virum.

Si nec, aui obstarent chari, charique propinqui,

Te Latiâ assererem stirpe fuisse satum.

Quin tua te Graium & Latium scripta esse recensent;

Sed Graium & Latium Patria, auique negant.

In Liber

In Thomam Erastum.

Nil humile, aut vulgare, aut paruum scribit ERASTUS
Omnia magna sonat, cuncta notanda refert.
Insuper & medicam sic artem callet, Apollo
Vix ipsum ve vincat, vincere si cupiat.
Phœbus ubi medicus iam planè spreuerit esse,
Substitui hic illi non sine laude potest.

In Francofordiam urbem Moeni.

Diues opum, mundi microcosmos, Martia muris,
Germana Aënidum, filia Mercurij.
Et clara emporio, & rerum penuaria cella est,
Vrbs à FRANCO RVM qua vocitata vado.
Cui nil Dij superi, cui nil natura negavit,
Nam, si quæ desunt, nec sibi mundus habet.

In Ioannem Caselium. In Academia Juliana

Vt gemma exsuperat splendore aurum, aurum orichalcum,
Mercurium Pallas, Pallada bella Venus.
Sic tu CASELI innúmeros amplissime præstas,
Dotibus ingenij, dotibus eloquij.
Non igitur mirum, tua quòd sint omnia planè
Aurea quæ scribis, gemmea quæ loqueris.

In Ioannem Borcholtum IC. Lünbùrgensij

BORCHOLTUS Legum nervus, Suadaque medulla,
Ingenio dubium est, eloquione prior.
Borcholtus Suade nervus, Legumque medulla,
Pollet & eloquio, pollet & ingenio.
His igitur iunctis, permultis urbibus vnus
Gnaviter inseruit, principibusque viris.

Cantharus
Myzapolitanus

In Henricum Husanum IC.

Syndicus Luvini

Quem loquar, aut referam HV Sanum? genitumue Miner-
Arbitrer, aut natum stemmate Dadaleo? (na)
Non Musis genicus, non à mortalibus ortus,
Sed Musas peperit Marte suo. Aónias.
Hinc quot verba facit, tot ducit gutture Musas,
Quorúque sonos ducit, tot facit ore Deos.

In Ioachimum Mynsingerum IC.

Comite Harris

Carmina Latous pangit, Themis aurea sola.
Iura agit, Pietas monstrat adire polum.
At MYNSINGERVS legum clarissimus vna:
Pangit, agit, monstrat: carmina, iura, polum.
Rectè igitur præstat diuis: quoniam tria præstat,
Quæ simul hi terni non potuere Dei.

Brunswig

Comite

In Brunsvigam urbem.

Vicus Brunonius

Ecastor soboles, BRVNSVIGA inuicta, Deorum est,
Mater & Aonidum, mater & artificum.
Ecastor BRVNSVIGA potens, Pandora Deorum est,
Et generosa situ, & deliciosa loco.
Ecastor Brunsviga sacra, est aptissima sedes
Quâ pulcrum est homines, ac habitare Deos.

Angélus laudat,

In Lubecam urbem.

Loberk

Gens humana, situs, commercia, litora, mores,
Mars, toga, diuitiæ, curia, relligio.
Arctos inter sætas virtutibus vrbes,
Efficiant, rollat. lauta LVBECA caput.
Et decus Europa, & lumen sit totius Anse,
Et sit Vandalici sola corona soli.

In Ro-

Roseta.

In Rostochium patriam.

Rhodo polis.

VRBS generosa rosis ROSEA, & generosa Roseto.
Est Pandora Deum, Phœbi rosa, balsamus Anse,
Vandalie lumen, Varni paradissus aprici,
Et laus Teutonia, & Musis decima addita Diuis,
VRBS roseis operosa rosis, & vore ROSARVM est.
Sic ego: more tuo mendax mendacia dicas.

⊕
ROSA
GENE
ROSA

In Nasutulum quendam S.

Nec mihi tu dominus, nec sum tibi Zoile seruus,
Attamen, ut magni te faciam, imperitas.
Tum dignus? qui nec peregrino parcis honore,
Nec socijs proprijs, magnificisque viris.
Zoile parce mihi, rursum tibi nomine parcam,
Et quid sis referam, nempe asinorum asinus.

+
21
ovos to 800 X

20. Comadici. In M. Attium Plautum.

Romana pullum Musæ qui nescit & illud
Delicium Phœbi, delictum Charitum.
Mellistuum relegat PLAVTVM, hic ex omnibus vnus.
Verba habet Aonijs ebria delicijs.
Hic veterum auctorum genios, hic pectora Phœbi
Possidet, hic suadam spirat, itemque sales.

In Iulium Casarem Scaligerum.

Qui veterum genios post Plautum solus habebit
Omnes, aut nemo, aut SCALIGER vnus erit.
Qui, velut hunc ipsum Lipsi doctissime pingis,
Gloria, fama, iubar, suada, medulla, lepos.
Et Phœbi, & Charitum, Musarumq; Atticus hortus,
Et Rex doctorum, demoniumque virum est.

C 3.

In lu-

In Iustum Lipsium. *philosophus.*

*Daem veterum libris habitas, habitasque recentum,
Et res insolitas, eximias, lepidas,
Et visu, lectu, auditu, non cognita verba,
Aurea verba doces, aurea scripta facis.
Diceris esse nouum, LIPSI clarissime, nomen,
Pieridumque parens, Pieridumque decus.*

In Iosephum Scaligerum Iul. Fil. *Poeta.*

*Non tam lac lacti, tam creta simillima creta est,
Nec fluius fluuiio, Iuppiter ipse Ioui.
Quam patris es Iulij, IOSEPHE, simillima proles
Dulcisono calamo, grandifluo calamo.
Et pater es nato, Iuli alme, simillimus almo,
Ingenio, Suada, dexteritate, fide.*

In Iacobum Cuiacium IC.

*O quem te memorem CUIACI! cuius ab ore
Quot bona verba cadunt, tot prope sensa cadunt.
Diuina Themis, ten' hic sedem fixisse reuersam,
Et dare responsum nolle negare rear?
Quid dubitem? tanta est ubi coniuratio, ut unum
Quod probat hic probet hac, quod probat hac probet hic.*

In Franciscum Hotomannum IC.

*Sed nec Diua suo sese debere negabit
FRANCISCO, priscum quem iuuat eloquium
Prudentum veterum, iuuat expugnasse rebellem
Barbariem, & multis tollere menda locis.
Pergite prudentes mature occurrere morbo,
Nascentem video surgere Barbariem.*

In Bern-

In Bernhardum Hedericum.

En HEDERICE palam repeto quòd sapius ante
Vt mihi aperca tua est ianua amicitie.

Me tui in aeternum memorem, testemque futurum
Qui, qualis, quantus, sis, fueris, & eris.

Dispeream si falsa loquar, furcisue precabor
Aòne ab Aónisín pellier Aónidum.

-Vnde perpetuum illud Mercatorum erga
litteratos odium.

In portu Te-
maru

Quondam ubi mercator mendax & doctus Arion,
Ligneo equo patriam Lesbion uterque petunt.

Naufragio ecce perit mercator in equore mendax,
Tum mercés auidis dilacerantur aquis.

At vagus, incolumem (vnde odium illud) Ariona, delphin
Per vada deducens tergo, sistit humo.

Ex lib: Herod: lib: i. Ael: Gel:

In stultam cuiusdam sedulitatem

Queritur à socio cupiens studiosus haberi

Quid tam mirificá sedulitate legat.

Binos, respondit, titulos de testibus equo,

Ex anima libro, & codice iuridico.

Dij superi nonne hac bella est collatio? bella:

Testis enim proprium testiculi esse solent.

Ex Libello de Anima phil: mol:

In quendam antiquitatis curiosum.

Hospite ab Italico veterum monumenta rogabat

Antiquarum auidus notificare sibi.

Hospes promittit, subitòque haud vana timentem

Duclat ubi sedem publica scorta sedent.

Dicens, nunc veterum monumenta veterrima vise,

Quis magis in Latio nulla vetusta solo.

Vnde

Sto. Min

33 4

Methy in no

Inter De

nos Ari

lib: 16. cap: 19.

Lego Tib

In Dño

Testib:

Dñchis

L'Espa

ἀδωπιζειν . Unde adulatores.

Briseïdi ignipotens vulpem donauerat olim,
Quam cum conspexit territa virgo refert.
Tollice vulpinam carnem, caro nanscat ista,
Cauda velim maneat sola relicta mihi.
Quâ veluti flabro propellam aestate calorem,
Si non vi flabrum sumserit aula meum.

Cauda vul-
pina.

Stici Vcl,
nant

In Bacchum & desidem.

Sum studiosus ais, Bacche, at nil discere tento,
Nec didici, à teneris asuefactus ita.
Fortè figuratè loqueris fraterrime Bacche
Adiungens dictis schemata lauta tropis.
Nomine sis Rhetor., sed ego dialecticus aio,
Quòd studio-sus, ac a-sue-factus ita es.

A sub fac-
his.

tu'dio
SVS.

fatores
timant
voti su-
um.

In differentiam virginis & virgæ.

Plurimum is errat homo, qui iuncta vocabula differt
Virginis & virgæ, plurimum is errat homo.
Cernis enim gemina hæc esse instrumenta, procerus
Per quæ corrigier virque puerque solent.
Et mundi penitus dadalmata cuncta domari,
Virga domat pueros, Virgo virosa viros.

FINIS.




Quida Insulsus Ludimoderator ait:
O Custos, affer mihi Virgines:
Pro, Virgas, dixit.

cl.

v.

f.





α Νωπ

Briseida

Qua

Tollice

Qua

Sum

Fortē

Nomin

Qua

Plurim

V

Cernis

Pe

Et m


V

Alia vel
in ant

Lu'dio
SVS

tatores
himent
non su
um

O Cusp



Vnde adultores.

culpem donauerat olim,
pexit territa virgo refert.
nem, caro nauseat ista,
eneat sola relicta mihi.
pellam aestate calorem,
m sumserit aula meum.

acchum & desidem.

Bacche, ac nil discere tento,
neris asuesfactus ita.
ris fraterrime Bacche
s schemata lauta tropis.
sed ego dialecticus aio,
ac a-sue-factus ita es.

entiam virginis & virgæ.

homo, qui iuncta vocabula differt
æ, plurimum is errat homo.
hæc esse instrumenta, procerutas
r virque puerque solent.
dadalmata cuncta domari,
eros, Virgo virosa viros.

FINIS.



In fulsus Liddimo dicitur ait:
r mihi Virgines:
ro, Virgas, dixit.

Cauda vul.
pina.

A sub fac.
his.